

II.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 91.

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos
et vita functos.*

Ælystum-Meum. Die Martis 18 Dec. 1810 (Neov. 4, Dec. 1810.)

Imo — In Regno Viventium.

Iratus de re incerta contendere noli,
Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Solenne erat Saeculo XIII. quod lite fortitudine praestantem Equitem et alterum honoris aequè studiosum intercedente, ille per domesticum sacerdotem litteras litem contestatès, scribendas curaverit, Equites enim adversum honori existimarunt, ullam aliquam scientiam tenere praeter hastae et ensis tractationem, quo factum: ut illustris talis vir adversario suo infensus eam praeterea humanam officiosamque declarationem adderet: se nominis sui notam, trinis plerumque crucibus constantem, capiti inscripturum ut vespillo manibus adprehendere possit; hanc declarationem adversarius reciproca declarationem excepit, et in vicem similis argumenti reddere solitus est.

Anno 1611 Carolus IX. ex Domo Vasa, Gustavi Vasa filius Christiano IV. diuturno 60 annorum (regimine) celebri Daniae Regi seqv. argumenti scripsit litteras:

„Tu honesti Christianique Regis agendi rationem non sequebare, tu Pacem Stettinensem (1570) violabas, sanguinis fundens ansam dabas, Calmariam poroditione occupabas poenam divinam experiere; cum alia media non proficiant duellum tibi offero, more laudabili veterum Gothorum. Absque lorica et thorace ferrea; sola tectus Casside oppugnatoria enseque manu tenens tibi occurrere lubet, quod si ad arenam non comparueris nec honestum regem, nec martialem te virum reputabo vale. Hisby die 11. Aug.”

Carolus.

Quibus perceptis, memoratus Christianus IV. Carolo has in vicem responsi misit litteras :
 „Levis et parum meditati argumenti litteras tuas tympanotriba nobis attulit. Advertere licet: caniculares aestus in Cerebrum tuum agere. Quod memoras: Pacem Stettin: a nobis violatam, oppido mentiris ceu nocere nescius canis, qui latratu se defendere pergit, rationem olim coram Deo actorum dabis, tam hujus belli, quam reliqui sanguinis, cujus tu auctor es, et ob tyrannidem quam in proprios subditos exerces. Quod a nobis perhdia Calmariam in potestatem redactam praetexis, aequè falsum et a veritate alienum est, eam ut honestus bellator in nostram deditionem accepimus. Te pudeat oportet, quod ante nasum eripi tibi siveris: — Duellum oblatum quod attinet: jam a quoque a Deo caesus es. — Praestabilior esset tibi luculentus camians, et medicus

qui capiti medeatur tuo — pudeat te de-
pontanum senem, virum honoratum hac ra-
tione adoriri, quod probabiliter a vetulis foe-
minis didicisti se ore defendentibus vale."

Colmariae die 14. Aug.

Christianus.

Quantopere, obsecro, contraria scriben-
di ratio aetate nostra? quia litterae poten-
tum, etiamsi bello invicem implicati sint,
omnes epilogum habent: *bonus Frater et Co-
gnatus.*"

N o v i t a t e s.

Parisiis 2. Dec. D. Cardinalis Maury Ar-
chi Episcopus Parisinus litteras Pastorales
vulgavit, quibus publicas preces pro felici
Maj. Imperatricis partu mandat. En quae-
dam ex iis excerpta!"

„Solum Caroli M. maximo cum fulgo-
re ex tantarum ruinarum medio rursus exsur-
gens, hodie coram nobis firmissimis fulcris
providetur, quae filialis amor pro patriae
salute exoptare potuit.

Eximia et virtutis plena Princeps, quam
Coelum nostri gratia pretiosis naturae donis
atque comitatis locupletare dignabatur, foe-
cunditate sua nova Jura obsequii et grati
animi nationis consequitur. — Restitutor sa-
crorum nostrorum, arbiter Europae, sotir,
novus auctor Galliarum et genius, voluptatis
plenitudinem, quae cunctas animi ejus vires
absorbet non sat energice declarare se posse
existimat in articulo temporis. quo populis
suis tam felix eventum annunciat, universo-

que terrarum orbi in Dei O. M. conspectu, a quo tanto beneficio donatur, indicat: *se infinita ob id voluptate adfici*. Hac ratione ejus fortuna in complementum salutis humani generis gratitudinem animi adnotavit, dum eam propria sui conditione atque perenni Galliae Monarchiae stabilitate implicuit."

„Faxit Deus dilecte Frater! ut se brevi in haerede sui nominis contueatur, qui in perpetuum summum ejus Encomium factus, ejus nominis haerodem utinam se reviviscere videat, qui posteros suos continuo memores faciat, quam potentem actionem Genius unus viri, a divina providentia delecti, ad orbis Constitutionem renovandam, in sortem nationis atque totius orbis terrarum exercere valeat; faxit Deus! ut hac ille ratione se denuo exoriri, si fieri potest, videat, in filio, in tam eccellente schola, sub tam eximio magistro culto et erudito."

„Nos dilecte Frater! animo concisimus dulcissimam et tenerrimam consolationem, dum vobis maximam Coeli munificentiam in Galliam primum annunciamus, dum apostolica vox nostra innumerae fidelium turbae, quos ex divina destinatione in via salutis ducendos habemus, hoc nuncium indicat."

„Quapropter ex plenitudine Cordis gratulamur de misericordia aeterni pastoris, ita profecto est — amore incensi de ea gratulamur, laetamurque dum hoc momento quosvis fideles certos reddere, et ministerio nostro honorem publicum exhibere nobis licet,

dum hiscereligiosam cogitandi rationem vobis promulgamus, quam Majestas Imperator ad clementiam nostram excitandam revelare dignabitur in momento temporis, quo praeter omnem expectationem ejus electio nos ad metropoleos dignitatem vocavit."

„Ejus in sacrum Cultum, quem adeo publice profitetur, studium, cui indesinenter illustria praesidii, munificentiaeque argumenta largitus, nobis mox impositum humeris nostris onus facilius et levius reddere, fiduciamque nostram luculenta explicatione cogitationum futurum tempus penetrantium, quae ejus ingenio adeo propriae sunt, animare excitareque noverat."

De 22. Nov. Ex quo tempore Unio Vallisiae cum Gallia ex officio promulgata, complures mercatores erigendis Expeditionis commercialis Conclavibus Sione, Martigny aliisque in locis operam impendunt. Communicationes commerciales Galliam inter et Italiam per viam Simplon multo efficacius et majore celebritate instituuntur, quam ante sub administratione Vallisiae reipublicae poterant. Jam plures Geometrae Civiles Jussa accepisse feruntur, novam hanc provinciam ingrediendi atque necessariis praeviis laboribus et elaborandis ad continuandam Regiam viam magnam rationibus vacaturi, quae multis sumtibus a pluribus annis Geneva secundum australem lacus Lemanici oram usque Martigny erecta est, quamque Vallisia reipublica secundum initas obligationes per

sum territorium usque pedem M. Simplon
continuare et producere debuisset, a quo
nihilominus opere ex defectu, ut illa praeten-
debat, sufficientis Fundi impedita. Ad con-
cedendam intra ripas ope aggerum excedentem
nonnunquam alveo, regionemque inundantis
Rhodani rapacitatem rationes in ita dicuntur.
In summa Unio naturae favore adeo gauden-
tis a regimine vero suo magnopere neglectae
Valisiae cum Gallia innumera provinciae huic
commoda et emolumenta allatura est. —

Cum politicum Galliae Systema, atque
cum cunctis Continentis Staibus interceden-
tes pacificae relationes diuturnam in Oriente
et borea pacem polliceantur, nuper denuo
notabiles militares Cohortes copiarum ad hoc
usque in interiore Gallia et Italia superiore
relictarum Hispaniam et Portugalliam petiae
bello tandem finem imponendi causa. — In-
ter caeteras etiam exercitus agmen, in bel-
lica Anni 1809 expeditione sub imperio Ma-
reschalli Oudinot, ex eo tempore, hoc, alio
promoto, sub imperio Maresch. Terreau con-
stitutum, exercitus agmen, quod hoc usque
ad oram occid. Galliae stationem habuit, in
Hispaniam iter ingressum. Exercitus Mare-
schalii Macdonald tribus novis agminibus
augendus perhibetur.

B I O G R A P H I A.

Christianus IV Rex Daniae nepos Christiani
III. et Friderici II. filius natus 1577 et regnum

mem
Hisp.
adiit.
versa
diis a
Sveci
Germ
Statib
verum
proeli
eum
omnes
ficere
qua a
Germ
dendo
Germ
mendu
1645
re del
consec
Bellum
1648
nus vi
quem
praemo

Ca
sa filiu
ves cu
Sigism
buit, q
annoru

memorabili (quo invincibilis Philippi II. R. Hisp. Classis per Anglos deleta) anno regnum adiit. Erat ei curae regnum erectione diversarum urbium et adhibitis opportunis mediis ad florem majorem perducere, at bello Svecico involutus, 1621 finito; paullopost Germanicis implicitus turbis et a Sax. inf. Statibus 1625 Copiarum Dux electus est; verum infelix die 27. Aug. 1526 ad *Lutter* proelium, quo cum Caes. Duce *Tillio* confixit, eum ad receptum coegit, et quamquam omnes vires intenderet, nihil tamen ultra efficere potuit, quam P. Lubec. 1629 inire qua amissas ditiones recuperavit, negotiis Germaniae amplius se non immisurum spondendo. Secundus armorum Svecicorum in Germania progressus Christianum ad resumendum contra Svecos bellum permovit, at 1645 Pacem non sine ditionum jactura facere debuit. Obiit anno aequae memorabili confectae videlicet Pacis Vestphalicae, qua Bellum tricennale in Germania confectum 1648 Anno, 28. Febr. Ejus filius Christianus vivo adhuc patre successor declaratus, quem aliqui Christianum V. vocant, at patri praemortuus 2. Junii 1647.

Carolus IX. Rex Sveciae et *Gustavi Vasa* filius natu junior; Dux Sudermanliae, graves cum fratre Rege Joanne, filioque ejus Sigismundo R. Poloniae contentiones habuit, quo exauctorato, Carolus aetatis 54 annorum regno admotus 1604; continuo ple-

num bellis regimen habuit. Initio statim cum Sigismundo et Polonis parum feliciter Induciis terminato bello involutus est, praeterea turbis eorum Russicis se immiscens, Caréliam et Ingriam occupandi occasionem nactus est. A prosequenda fortuna armorum impeditus per Christianum IV. Reg. Daniae quo bello Calmariae peruram tulit, qua commotus, aetate cunctus et apoplexia jam ictus Rex, ipse expeditionem suscepit, cui tamen immortalis 30. Oct. 1611, reliquit, filium Gustavum Adolphum bello tricennali rebus gestis clarissimum, qui in medio fortunarum ad Lützen in acie 6. Nov. 1632. occubuit.

R
 Elysta

Va
 hac
 nos

pron
 agiff
 in p
 adhu
 obor
 que
 nesc
 digu

Stat
 est,
 rum
 inter
 da,

